ſanet̃ q̃tũ ad mentẽ. remanet tñ in ea corruptio ⁊ infectio quãtuꝫ
ad carnẽ ꝑ quã ſeruim⁹ legi peccati. vñ dicit̃ ad Ro. vij. Remanet
ẽt quedã ignorãtie obſcuritas ī intellectu. ſꝫ quã vt dicit̃ ẽt Ro.
vij. ꝙ oremus ſicut oportet neſcim⁹. ꝑꝑ varios. n. rex euent⁹. ⁊ qꝛ
ẽt noſipſos nõ p̃fecte cognoſcim⁹: nõ poſſumus ad plenũ ſcire q̃d
nobis expediat. ſꝫ illud ſapiẽtie. ix. Cogitatiões mortaliũ timide
⁊ incerte ꝓuidẽtie nr̃e. ⁊ ideo neceſſe ē nobis vt a deo ꝓdirigamur
⁊ ꝓtegamur qui oĩa nouit ⁊ oĩa põt. Et ꝑꝑ hoc ẽt renat̃ in filios
dei ꝑ gratiã ↄuenit dicere: ⁊ ne nos inducas in tẽtationẽ: ⁊ fiat vo
luntas tua ſicut in celo ⁊ in terra ⁊c̃. que in oratiõe dñica ↄtinent̃
ad hoc ꝑtinẽtia. ¶ Ad decimũ. ſ. vtꝝ hõ in gratia ↄſtitutus indige
at auxilio gratie ad p̃ſeuerãdũ. dicẽdũ ꝙ p̃ſeuerantia triplex dici-
tur. Quãqꝫ. n. ſignificat habitũ mentis ꝑ quẽ firmiter ſtat ne remo
ueat̃ ab eo ꝙ ē ſm virtutẽ ꝑ triſticias irruentes. vt ſic ſe habeat p̃-
ſeuerantia ad triſticias ſicut ↄtinentia ad ↄcupias ⁊ delectatiões
vt phs dicit in. viij. ethi. Alio mõ põt dici p̃ſeuerãtia habitus q̃dã
ſm quẽ hꝫ hõ ꝓpoſitũ p̃ſeuerãdi ī bono vſqꝫ in finẽ. ⁊ vtroqꝫ iſto
rũ modorũ p̃ſeuerãtia ſimul cũ gratia īfundit̃. ſicut ⁊ ↄtinẽtia ⁊ ce
tere virtutes. Alio mõ dicit̃ p̃ſeuerãtia cõtinuatio q̃dã boni vſqꝫ
ad finẽ vite. ⁊ ad talẽ p̃ſeuerãtiã habẽdã hõ in gr̃a cõſtitut⁹ nõ q̃
dẽ indiget aliq habituali gratia alia. ſed diuino auxilio ipꝫ dirigẽ
te ⁊ ꝓtegẽte ↄtra tẽtationũ īpulſus. ſicut ex p̃cedẽtib⁹ apparet. Et
ideo poſtq̃ꝫ aliq̃s ē iuſtificat⁹ ꝑ gratiã neceſſe hꝫ a deo petere p̃di-
ctũ p̃ſeuerãtie donũ. vt. ſ. cuſtodiat̃ a malo vſqꝫ ad finẽ vite. mul-
tis eñi dat̃ gratia quib⁹ nõ dat̃ p̃ſeuerare in gratia.

## ¶ De gratia. DIS. XI

Circa ſcõm principale. ſ. de gratia quãtũ ad eiuſ
eſſentiã q̃runt̃ quatuor. Primo vtrũ gr̃a
ponat aliq̃d in aĩa. Scõo vtrũ gr̃a ſit qualitas. Tertio
vtrũ differat a virtute infuſa. Quarto de ſubiecto gra-
tie. ¶ Ad p̃mũ. ſ. vtrũ gr̃a ponat aliq̃d ī aĩa. dicẽdũ ꝙ ſm cõeꝫ mo
dũ loquẽdi gratia tripliciter accipi cõſueuit. Uno mõ ꝓ dilectiõe
alicui⁹. ſicut ↄſueuim⁹ dicere ꝙ iſte miles hꝫ gratiã regis. i. rex hꝫ
eũ gratũ. Scõo ſumit̃ ꝓ aliquo dono gratis dato. ſicut ↄſueuim⁹
dicere hãc gr̃aꝫ facim⁹ tibi. Tertio mõ ſumit̃ ꝓ recõpẽſatõe bñfi-
cij gratis dati. ſicut cũ dicimur agere gr̃as bñficiorꝫ. Quorꝫ triũ ſe-
cũdũ depẽdet ex p̃mo. Ex amore eñi quo aliq̃s aliuꝫ gratũ hꝫ pro-
cedit ꝙ aliquid ei gratis impẽdat. Ex ſecũdo autẽ ꝓcedit tertium.
qꝛ de beneficijs gratis exhibitis gratiaꝝ actio cõſurgit. Quãtũ er-
go ad duo vltima manifeſtũ ē ꝙ gratia aliquid ponat in eo q̃ gra-
tiã accipit. Primo quidẽ ipm̃ donũ gratis datũ. Scõo huiuſmo-
di doni recognitioneꝫ. Sed quãtũ ad primũ eſt differentia attẽdẽ
da circa gratiã dei ⁊ gratiã hoīs. qꝛ enim bonũ creature ꝓuenit ex
volũtate diuina. Ideo dilectio dei q̃ vult creature bonũ ꝓfluit ali-
q̃d bonũ ī creatura. volũtas aũt hoīs mouet̃ ex bono p̃exiſtẽte ī re
bus. ⁊ īde ē ꝙ dilectio hoīs nõ cauſat totalit̃ rei bonitateꝫ. ſꝫ p̃ſu-
ponit ipſam: vel in toto. vel ī pte. Pꝫ igit̃ ꝙ quãlibet dei dilectio-
nem ſequit̃ aliq̃d bonũ ī creatura cauſatũ q̃ñqꝫ. nõ tñ dilectõi e-
ne coeternũ. ⁊ ſcõm huiuſmodi boni differẽtiã differẽs cõſiderat̃
dilectio dei ad creaturã. Una q̃dẽ cõis ſm quã diligit oĩa q̃ ſũt. vt
dr̃ ſap. xi. ſm quã eẽ nãle reb⁹ creatĩ largit̃. Alia ē dilectio ſpecial̃
ſm quã trahit creaturã rõnalẽ ͻ ↄditionẽ nãe ad ꝑticipationẽ di-
uini bõi. ⁊ ſm hãc dilectionẽ dr̃ aliquẽ diligere ſimplr̃: qꝛ ſm hãc
dilectionẽ vult de⁹ ſimplr̃ creature bonũ eternũ. q̃d ē ipſe. Sic igit̃
ꝑ h̃ qd dr̃. hõ gratiã dei hr̃e. ſignificat̃ q̃ddã ſupnãle ī hoīe a deo
ꝓueniẽs. Quãqꝫ tñ gratia dei dr̃ ipſa eterna dei dilectio: ſcõꝫ ꝙ dr̃
etiã gr̃a p̃deſtinatõis inquãtũ de⁹ g̃tuito ⁊ nõ ex meritis aliquos
p̃deſtinauit ſiue elegit. Dicit̃ eñi ad heb. j. p̃deſtinauit nos in ado-
ptionẽ filiorꝝ. ī laudẽ glorie ⁊ gratie ſue. ¶ Ad ſcõm. ſ. vtrũ gr̃a ſit
q̃litas. dicẽdũ ꝙ gr̃a ī eo q̃ dicit̃ gratiã dei hr̃e ſignificat̃ eſſe q̃dã
effect⁹ dei gratuite volũtatis. Dictũ ē aũt ſupra. ꝙ duplr̃ ex gratui
ta dei voluntate hõ adiuuat̃. Uno mõ inquãtũ aĩa hoīs mouet̃ a
deo ad aliq̃d cognoſcẽdũ vel volẽdũ vel agẽdũ. ⁊ hoc mõ ipſe gra
tuit⁹ effect⁹ in hoīe nõ ē qualitas. ſed mot⁹. quidam anime: actus
eñi mouentis in moto eſt motus. vt dicitur in tertio phiſicorum.
Alio modo adiuuat̃ hõ ex gratuita dei volũtate ſcõm ꝙ aliq̃d ha
bituale donũ a deo aīe infundit̃. Et hoc iõ: qꝛ nõ eſt ↄueniẽs ꝙ de
us minus ꝓuideat his quos diligit ad ſupnaturale bonũ q̃ꝫ crea-
turis q̃s diligit ad bonũ nãle habendũ. Creaturis aũt nãlib⁹ ſic ꝓ
uidet: vt non ſolũ moueat eas ad act⁹ nãles: ſed etiã largit̃ eis for
mas ⁊ ṽtutes quaſdã que ſũt principia actuũ. vt ſcõm ſeipſas in-
clinent̃ ad hmõi mot⁹. ⁊ ſic mot⁹ quib⁹ a deo mouent̃ ſiũt creaturĩ
cõnaturales ⁊ faciles. ſcõm illud. Sap. viij. ꝙ diſponit oĩa ſuauit̃.
multo igit̃ magis ill̃ quos mouet ad ſequendũ bonũ ſupnaturale
eternũ: īfundit aliq̃s formas ſeu q̃litates ſupnãles. ſm q̃s ſuauit̃
⁊ ꝓmpte ab ipſo moueant̃ ad bonũ eternũ ↄſequẽdũ. ⁊ ſic donuꝫ
gratie qualitas quedã ē. ¶ Ad tertiũ. ſ. vtrũ gratia differat a virtu
te infuſa: dicẽdũ ꝙ quidã poſuerũt idẽ eſſe gr̃aꝫ ⁊ virtutẽ ſꝫ eſſen
tiã: ſed differre ſolũ ſm rõnẽ. vt gr̃a dicat̃ ſm ꝙ fac̃ hoīeꝫ deo gra
tũ. vel ſcõm ꝙ gratĩ dat̃. Uirt⁹ aũt ſcõm ꝙ p̃ficit ad bene opandũ
⁊ hoc videt̃ ſenſiſſe magiſter ī ſcõo ſñiaꝝ: ſꝫ ſiq̃s recte ↄſideret rõ-
nẽ ṽtutis: hoc ſtare nõ põt: qꝛ vt phs dicit ī. vij. phiſi. Uirt⁹ eſt diſ
poſitio p̃fecti. dico aũt p̃fectũ qd ē diſpoſitũ ſm nãm. Ex quo pa-
tet ꝙ virt⁹ cuiuſcũqꝫ rei dr̃ ī ordīe ad aliquã nãm p̃exiſtẽtẽ. qñ. ſ.
vnũquodqꝫ ſic ē diſpoſitũ ſcõm ꝙ ↄuenit ſue nature. Manifeſtũ
eſt autẽ ꝙ virtutes acquiſite per actus humanos de quibus dictũ
eſt. ſunt diſpoſitiones quibus homo conuenienter diſponitur in
ordine ad naturã qua homo eſt. Uirtutes autẽ infuſe diſponunt
hominẽ altiori modo ⁊ ad altiorẽ finẽ. Unde etiã oportet ꝙ etiaꝫ
in ordine ad aliquã altiorẽ naturã. hoc autẽ eſt in ordine ad natu-
ram diuinã participatã. ſcõm ꝙ dicitur. ij. pe. j. maxima ⁊ precioſa
nobis ꝓmiſſa donauit. vt per hoc efficiamini diuine conſortes na
ture. ⁊ ſcõm acceptionem huiuſmodi nature dicunt̃ regenerari in
filios dei. Sicut igitur lumen naturale rationis eſt aliquid preter
virtutes acquiſitas: que dicuntur in ordine ad ipſum finem vel lu
men naturale. ita etiã ipſuꝫ lumen gratie quod eſt participatio di-
uine nature: eſt aliquid preter virtutes infuſas. que a lumine illo
deriuantur ⁊ ad illud lumen ordinatur. vnde ⁊ apoſtolus dicit ad
ephe. v. Eratis aliquando tenebre. nunc autẽ lux in domino vt fi-
lij lucis ambulate. Sicut enim virtutes acquiſite ꝑficiunt homi
nem ad ambulandũ congruenter lumini naturali rationis: ita vir-
tutes infuſe perficiunt hominẽ ad ambulandum congruenter lu-
mini gratie. ¶ Ad quartum ſcilicet de ſubiecto gratie. dicendum:
ꝙ iſta queſtio ex precedẽti depẽdet. Si eñi gratia ſit idem ꝙ vir-
tus: neceſſe eſt ꝙ ſit in potẽtia anime ſicut in ſubiecto. Nã poten-
tia anime eſt propriũ ſubiectũ virtutis. vt ſupra dictum eſt. Si au
tem gratia differat a virtute: non poteſt dici: ꝙ potentia anime ſit
gratie ſubiectũ: quia omnis perfectio potentie anime habet ratio-
nem virtutis vt ſupra dictũ eſt. Unde relinquitur ꝙ gratia ſicut ē
prius virtute. ita habeat ſubiici prius potentiis anime. ita. ſ. ꝙ ſit
in eſſentia aīe. Sic̃ eñi ꝑ potẽtiã intellectiuã hõ ꝑticipat cognitio-
nẽ diuinã ꝑ ṽtutẽ fidei ⁊ ſꝫ potẽtiã volũtatis amorẽ diuinũ ꝑ ṽtu
tem charitatis. ita etiaꝫ per nãm aīe participat ſm quãdã ſimilitu
dinẽ nãm diuinã per quandã regenerationem. ſiue recreationem.

## ¶ De diuiſione gratie. DIS. XII.

Circa tertium principale. ſ. de diuiſione gratie q̃
runt̃ quinqꝫ. Primo de diuiſiõe gratie in
gratiam gratum facientem. ⁊ gratiam gratis datam.
Secundo de diuiſione gratie gratuꝫ facientis ꝑ operã-
tem ⁊ coopantẽ. Tertio de eius diuiſiõe in p̃ueniẽtẽ ⁊ ſubſequen
tem. Quarto de diuiſione gratie gratis date. Quinto de compara
tione gratie gratũ facientis ⁊ gratis date. ¶ Ad primũ. ſ. de diuiſi
one grẽ in gratiam gratũ facientem ⁊ gratiam gratis datam. dicen-

dū ꝙ ſicut dicit apl's Ro. xiij. Que a deo ſunt ordīata ſunt. In hoc aūt ordo rerū ↄſiſtit: ꝙ quedā ꝑ alia in deū reducunt̄. vt Dyoniſius dicit ī lib. cele. hier. Cū igit̄ gr̄a ad hoc ordinet̄ vt hō reducat̄ in deū ordine quodā: hoc agit̄. vt. ſ. qdā ꝑ alios in deū reducant̄. Scd̄m hoc igit̄ duplex ē gr̄a. Una qdē ꝑ quā ipſe hō deo ↄiūgit q̄ vocat̄ gr̄a gratū faciēs. Alia vō ꝑ quā vnꝰ hō cooperat̄ alteri. ad hoc qd̄ ad deū reducat̄. hmōi aūt donū vocat̄ gr̄a grat̄ data: qꝛ ſupra facultatē nāe ⁊ ſupra meritū ꝑſone hoī cōcedit̄. Sꝫ qꝛ nō dat̄ ad hoc vt hō ipſe ꝑ eā iuſtificet̄ ſed potiꝰ vt ad iuſtificationē alterius coopet̄. iō nō vocat̄ gratū faciēs. ⁊ de hac dic̄ apl's. j. ad corin. xij. Unicuiqꝫ dat̄ manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē alioꝝ. ¶ Ad ſcd̄ꝫ ſcꝫ de diuiſiōe gratie in opantē ⁊ coopantē. dicēdū ꝙ ſicut dictū ē gr̄a duplr̄ pōt intelligi. vno mō diuinū auxiliū. quo nos mouet ad bn̄ volēdū ⁊ agendū. Alio mō habituale donū nobis diuinitꝰ īditū. vtroqꝫ aūt mō gr̄a dicta ↄueniēter diuidit̄ ꝑ opantē ⁊ cooparantē. Opatio enī alicuiꝰ effectꝰ nō attribuit̄ mobili: ſed mouenti. In illo igit̄ effectu in quo mēs nr̄a ē mota ⁊ nō mouēs: ſolus aūt deꝰ mouēs opatio deo attribuit̄. ⁊ ſcd̄ꝫ hoc dr̄ gr̄a opans. In illo aūt effectu ī quo mēs nr̄a ⁊ mouet ⁊ mouet̄: opatio nō ſolū attribuit̄ deo ſꝫ etiā aīe. ⁊ ſcd̄m hoc dr̄ gr̄ia cooperās. Eſt aūt in nobis duplex actꝰ. Primꝰ qdē interior volūtatis. ⁊ qn̄tū ad iſtū actū voluntas ſe hꝫ vt mota. deꝰ aūt vt mouēs. ⁊ ꝑſertim cū volūtas īcipit bonū velle q̄ priꝰ malū volebat. ⁊ iō ſcd̄m ꝙ deꝰ mouet hūanā mētē ad hūc actū dicit̄ gr̄a operās. Aliꝰ aūt actꝰ ē exterior. q̄ cū a voluntate īperet̄ vt ſupra habitū ē. ↄſequēs ē ꝙ ad hūc actū opatio attribuat̄ volūtati. ⁊ qꝛ etiā ad hūc actū deꝰ nos adiuuat ⁊ interiꝰ ↄfirmādo volūtatē vt ad actū ꝑueniat. ⁊ exteriꝰ facultatē operādi p̄bēdo. reſpectu hꝰ actꝰ dicit̄ gr̄a cooperās vn̄ Aug. dicit ī li. de gra. ⁊ libero arbi. vt aūt velimꝰ opat̄. Cū aūt volumꝰ vt ꝑficiamꝰ nobis coopat̄. Sic igit̄ ſi gr̄a accipiat̄ ꝓ ḡtuita dei motiōe q̄ mouet nos ad bonū meritoriū. ↄueniēter diuidit̄ gr̄a ꝑ operātē ⁊ cooperātē. Si vō accipiat̄ gr̄a ꝓ habituali dono. ſic etiā duplex ē gratie effectꝰ ſicut ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ forme. Quoꝝ p̄mꝰ ē eē. ſecūdus ē opatio. ſicut caloꝛ̄ opatio ē facere calidū ⁊ exterior calefactio. ſi igit̄ habitualis gr̄a inquātū aīaꝫ ſanat: vl̄ iuſtificat: ſiue gratā deo fac̄ dr̄ gr̄a operās. inqn̄tū vō ē p̄ncipiū opis meritorij. qd̄ etiā ex libero arbitrio ꝓcedit dr̄ coopans. ¶ Ad tertiū. ſ. de diuiſiōe gratie in p̄ueniētē ⁊ ſubſequētē. dicēdū ꝙ ſicut gr̄a diuidit̄ in opantē ſm̄ diuerſos effectꝰ. ita etiā in p̄ueniētē ⁊ ſubſequētē q̄litercūqꝫ gr̄a accipiat̄. Sūt aūt qnqꝫ effectꝰ gratie in nobis. Quoꝝ p̄mꝰ ē vt aīa ſanet̄. Scd̄s ē vt bonū velit. Tertiꝰ ē vt bonū qd̄ vult efficaciter operet̄. Quartꝰ eſt vt ī bono ꝑſeueret. Quintꝰ eſt vt ad gl̄iaꝫ ꝑueniat. ⁊ iō gratia ſm̄ ꝙ cauſat ī nobis p̄mū effectū vocat̄ p̄ueniēs reſpectu ſecūdi effectꝰ. ⁊ ꝓut cauſat ī nobis ſcd̄m: vocat̄ ſubſeſquēs reſpectu p̄mi effectꝰ. Et ſic vnꝰ ē poſterior vno effectu. ⁊ p̄or alio. ita gr̄a pōt dici ⁊ p̄ueniēs ⁊ ſubſequēs ſm̄ eūdē effectum reſpectu diuerſoꝝ. ⁊ h̄ ē qd̄ Aug. dic̄ ī lib. de nā ⁊ gr̄a. p̄uenit vt ſanemur ſubſeqtur vt ſanati vegetemur. p̄uenit vt vocemur. ſubſequit̄ vt gl̄ificemur. ¶ Ad q̄rtū. ſ. de diuiſiōe gr̄e grat̄ date. dicēdū ꝙ ſic̄ dictū ē gr̄a grat̄ data ordinat̄ ad h̄ ꝙ hō alteri coopet̄ vt reducat̄ ad deum. hō aūt opari ad h̄ nō pōt īteriꝰ mouēdo: h̄. n. ſoliꝰ dei ē: ſꝫ ſolū exteriꝰ docēdo. vl̄ ꝑſuadēdo. Et iō gr̄a ḡtis data illa ſub ſe ↄtinet qbꝰ hō īdiget ad h̄ ꝙ alterū īſtruat in rebꝰ diuinis q̄ ſunt ſupra rōnē. Ad h̄ aūt tria reqrunt̄. Primo qdē ꝙ hō ſit ſortitꝰ plenitudinē cognitiōis diuinoꝝ. vt ex hoc poſſit alios inſtruere. Scd̄o vt poſſit cōfirmare vel ꝓbare ea que dicit. al's non eſſet efficax eius doctrina. Tertio vt ea q̄ cōcipit poſſit cōuenienter auditoribus ꝓferre. Quātuꝫ igit̄ ad p̄mū: tria ſunt neceſſaria. ſicut ⁊ apparet in magiſterio humano. Oportet. n. ꝙ ille qui debet aliū inſtruere in aliqua ſcia. primo quidē vt p̄ncipia illius ſcie ſint ei certiſſima. ⁊ qn̄tum ad hoc ponit̄ fides que ē certitudo de rebꝰ inuiſibilibꝰ q̄ ſupponuntur vt principia in catholica doctrina. Secundo: oportet ꝙ doctor recte ſe habeat circa principales ↄcluſiones ſciētie. ⁊ ſic ponitur ſermo ſapie que ē cognitio diuinoꝝ. Tertio: etiā oꝫ vt abundet exēplis in cognitione effectuū. ꝑ quos interdū oꝫ manifeſtare cauſas. Et qn̄tum ad hoc ponitur ſermo ſcie que ē cognitio rerum humanarū: qꝛ inuiſibilia dei ꝑ ea que fcā ſunt intellecta conſpiciūtur. Cōfirmatio aūt in his que ſubdūtur rationi ē per argumenta. In his autē que ſunt ſupra rationē diuinitꝰ reuelata cōfirmatio ē ꝑ ea que ſunt virtuti diuine ꝓpria. ⁊ hoc dupliciter. Uno quidem mō vt doctor ſacre doctrine faciat que ſolet deus facere in opibꝰ miraculoſis. ſiue ſint ad ſalutē corpoꝝ. ⁊ qn̄tum ad hoc ponitur gratia ſanitatū. ſiue ordināt ad ſolā diuine poteſtatis manifeſtationem. ſicut ꝙ ſol ſtet aut tenebreſcat. ꝙ mare diuidatur. ⁊ qn̄tuꝫ ad hoc ponit̄ opatio virtutū. Scd̄o vt poſſit manifeſtare ea q̄ ſolius dei ſunt ſcire: ⁊ hec ſunt ↄtingentia futura: ⁊ qn̄tū ad hoc ponit̄ ꝓphetia: ⁊ ēt occulta cordiū: ⁊ qn̄tū ad hoc ponit̄ diſcretio ſpirituū. Facultas āt ꝓnunciādi pōt attēdi vel quātū ad ideoma ī quo aliquis intelligi poſſit: ⁊ ſcd̄m hoc ponunt̄ genera linguaꝝ: vel quātū ad ſenſuꝫ eoꝝ q̄ ſunt ꝓferēda: ⁊ quātū ad hoc ponit̄ interpretatio ſermonū. Sciēdū āt ꝙ: fides nō numerat̄ hic inter gratias gratis datas ſm̄ ꝙ ē qdā virtus iuſtificās hominē in ipſo. ſm̄ ꝙ importat quādā ſupeminētiā certitudinis fidei: ex qua hō ſit idoneꝰ ad inſtruēdū alios de his q̄ ad fidē ꝑtinet. ſpes aūt ⁊ charitas ꝑtinent ad vim appetitiuā ſm̄ ꝙ ꝑ eā hō in deū ordinat̄. Iteꝫ gratia ſanitatū diſtinguit̄ a generali opatiōe virtutū. qꝛ habet ſpecialem rationē inducendi ad fidē. ad quā aliqs magis ꝓmptus reddit̄ ꝑ bn̄ficiū corporalis ſanitatis quām ꝑ fidei virtutē aſſeqt̄. Silr̄ ēt loqui varijs linguis: ⁊ īterpretari ſmones habēt ſpecialeſ qſdā rationes mouēdi ad fidē. ⁊ iō ponūt̄ ſpeciales gratie gratis date. Itē ſapientia ⁊ ſcientia nō cōputant̄ inter gratias gratis datas. ſꝫ ꝙ enumerant̄ inter dona ſpirituſſancti ꝓut. ſ. mēs hoīs ē bn̄ mobilis ꝑ ſpiritūſanctū ad ea q̄ ſunt ſapiētie ⁊ ſciētie. Sic. n. ſūt dona ſpirituſſancti vt dictū eſt: ſed cōputant̄ inter gratias gratis datas ſm̄ ꝙ importāt abūdantiā quādā ſapie ⁊ ſcie. vt hō poſſit non ſolū in ſeipſo recte ſape de diuinis. ſed ēt alios inſtruere ⁊ ↄtradicētes reuincere. Et ideo inter gratias gratis datas ſignāter ponit̄ ſmo ſapie ⁊ ſermo ſcie. vn̄ Aug. dicit. xiiij. de trini. Aliud eſt ſcire tm̄modo quid hō credere debeat ad adipiſcēdā vitā beatā. aliud ē ſcire quātū hoc ipſū vt pijs opitulet̄: ⁊ ↄtra impios defendat̄. ¶ Ad quintū. ſ. de cōpatiōe gratie gratum faciētis ⁊ gratis date. dicēdū ꝙ vnaqqꝫ virtus tanto excellentior eſt. quāto ad altius bonuꝫ ordinat̄. ſemꝑ āt finis potior ē his q̄ ſunt ad finē. gratia autē gratū faciēs ordinat hominē īmediate ad ↄiunctionē vltimi finis gratie āt gratis date ordinant hoīeꝫ ad quedā preparatoria finis vltimi. ſicut ꝑ ꝓphetiam ⁊ miracula ⁊ huiuſmodi. al's hoīes inducunt̄ ad hoc ꝙ vltimo fini ↄiungant̄: ⁊ ideo gratia gratū faciēs ē multo excellētior q̄ꝫ gratia gratis data.

¶ De cauſa gratie. DIS. XIII.

**Circa** q̄rtū principale. ſ. de cā gratie q̄runt̄ quinqꝫ. Primo: vtꝝ ſolus deus ſit cā efficiens gratie. Scd̄o: vtꝝ requirat̄ aliqua diſpoſitio ad gratiā ex ꝑte recipiētis eā ꝑ actū liberi arbitrij. Tertio: vtꝝ talis diſpoſitio poſſit eſſe neceſſitas ad gratiā. Quarto: vtꝝ gratia ſit equalis in oībus. Quinto: vtꝝ aliquis poſſit ſcire ſe habere gratiā. ¶ Ad p̄mū. ſ. vtꝝ ſolus deus ſit cā efficiēs gratie. dicendū ꝙ nulla res agere pōt vltra ſpeciē ſuā: qꝛ ſemꝑ oportet ꝙ cā potior ſit effectu. donū autē gratie excedit oēm facultatē nature create: cū nihil aliud ſit q̄ꝫ quedā participatio diuine nature que excedit omnē aliā naturā: ⁊ ideo impoſſibile ē ꝙ aliq̄ creatura gratiā cauſet. Sic ēt neceſſe ē vt ſolus deus deificet cōmunicādo ↄſortium diuine nature ꝑ quandā ſimilitudinis participationē. ſicut īpoſſibile eſt ꝙ aliquid igneat niſi ſolus ignis. ¶ Ad ſcd̄m. ſ. vtꝝ reqrat̄ aliqua preparatio ⁊c̄. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictum eſt gratia dicitur dupliciter. Quandoqꝫ quidē ipſum habituale dei donū: qn̄doqꝫ autem ipſum auxilium dei mouentis animam ad bonum. Primo igitur modo accipiendo gratiam preexigitur ad gratiā aliqua gratie preparatio: qꝛ nulla forma poteſt eſſe niſi ī materia diſpoſita: ſed ſi loquamur de gratia ſcd̄m ꝙ ſignificat auxilium dei mouentis ad bonuꝫ. ſic nulla prepatio requiritur ex ꝑte hominis quaſi preueniēs diuinum auxilium. ſed potius quecunqꝫ preparatio in homine eſſe poteſt. ē ex auxilio dei mouentis animaꝫ ad bonum: ⁊ ſcd̄m hoc ipſe bonus motus liberi arbitrij quo quis preparatur ad bonum gratie ſuſcipiendū eſt actus liberi arbitrij moti a deo: ⁊ quantum ad hoc dicit̄ homo ſe preparare. ſꝫ illud Prouer. xvj. Hominis ē preparare animū: ⁊ eſt principaliter a deo mouente liberum arbitrium. ⁊ ſecundum hoc dicitur a deo voluntas hominis preparari: ⁊ a deo greſſus hoīs dirigi. ¶ Ad tertium ſcilicet vtꝝ ex neceſſitate detur gratia preparanti ſe ad gratiam: dicēdum ſicut dictū eſt. preparatio hominis ad gratiam eſt a deo ſic̄ a mouente. a libero autem arbitrio ſicut a moto. Poteſt igitur preparatio ↄſiderari dupliciter. Uno quidem modo ſm̄ ꝙ eſt a libero arbitrio. ⁊ ſm̄ hoc nullam neceſſitatem habet ad gratie ↄſecutionem: quia donum gratie excedit omnē prepationem virtutis humane. Alio modo poteſt ↄſiderari ſecundū ꝙ ē a deo mouente. ⁊ tunc habet neceſſitatem ad id ad qd̄ ordinat̄ a deo: non quidem coactionis ſed infallibilitatis. qꝛ intentio dei deficere non poteſt ſm̄ ꝙ Auguſtinus dicit in libro de predeſtinatione ſanctorum.

ꝙ ꝑ bñficia dei certiſſime liberanť q̄cūq; liberanť. vñ ſi ex intẽtio
ne dei mouẽtis ẽ ꝙ hõ cuiꝰ cor mouet grãm cõſequať ineffabiliť
ipãꝫ ꝯſeq̄ť. ſꝫ illud Ioh. vj. Oĩs q̃ audit a patre ⁊ didicit venit ad
me. ¶ Ad q̄rtū. ſ. vtꝝ gr̃a ſit eq̄lis in oĩbꝰ. dicẽdū ꝙ habitꝰ dupli-
cẽ magnitudinẽ hẽre põt. Unã ex pᵗe finis vel obiecti: ſm ꝙ diciť
vna virtꝰ alia nobilior inq̄ʒtū ad maius bonū ordinať. Aliã vero
ex pᵗe ſubiecti q̃ magis vel minꝰ ꝑticipat habitū inherentẽ. Se-
cũdū igiť primã magnitudinẽ gr̃a gratū faciẽs nõ põt eẽ maior ⁊
minor: qꝛ gr̃a ſm ſui rationẽ ꝯiungit hoĩeꝫ ſũmo bono. q̃ ẽ deuſ
ſed ex pᵗe ſubiecti gr̃a põt ſuſcipe magis ⁊ minꝰ. put. ſ. vnꝰ ꝑfecti
us illuſtrať a lumine gratie q̄ʒ aliꝰ. Cuiꝰ diuerſitatis ratio quidẽ
ẽ aliq̃ ex pᵗe ꝑparãtis ſe ad gratiã. q̃. n. ſe ad grãm magis ꝑparat.
pleniorẽ gratiã accipit: ſed ex hac pᵗe nõ põt accipi prima ratio hu
ius diuerſitatis: qꝛ ꝑparatio ad gratiã nõ ẽ hoĩs niſi in q̄ʒtū liberꝫ
arbitriū eiꝰ ꝑparať a deo. vñ prima cã huiꝰ diuerſitatis accipiẽda
ẽ ex pᵗe ipſiꝰ dei q̃ diuerſimode ſue gratie dona diſpenſat ad hoc
ꝙ ex diuerſis gradibus pulchritudo ⁊ ꝑfectio eccľie ꝯſurgat. Sicˉ
ẽt diuerſos gradus reꝝ inſtituit vt eſſet vniuerſuꝫ ꝑfectū: vñ apo-
ſtolus dicit eph. iiij. Poſtq̄ʒ dixit vnicuiq; data ẽ gr̃a ſm mẽſurã
donatiõis xp̄i. enumeratis diuerſis gratijs ſubiũxit ad ꝯſũmatio-
nẽ ſãctoꝝ ĩ edificatiõeꝫ corporis xp̄i. ¶ Ad q̄ntū. ſ. vtꝝ hõ poſſit ſcire
ſe habere gratiã. dicẽdū ꝙ tripliciter põt hõ aliquid cognoſcere.
Uno mõ ꝑ reuelationẽ. ⁊ hoc mõ põt aliq̃s ſcire ſe habere gratiã
Reuelat. n. hoc deus aliq̄n aliq̄bꝰ ex ſpeciali ꝑuilegio. vt ſecurita
tis gaudiū ⁊ in hac vita in eis incipiat: ⁊ ꝯfidentius ⁊ fortius ma-
gnifica opera ꝯſequanť: ⁊ mala preſentis vite ſuſtineãt ſicˉ paulo
dictū ẽ. ij. ad corin. xij. Sufficit tibi gratia mea. Alio mõ hõ cogno
ſcit aliq̃d ꝑ ſe ipſuꝫ: ⁊ hoc certitudinaliter: ⁊ ſic nullus põt ſcire ſe
habere gratiã. Certitudo. n. nõ põt haberi de aliquo niſi poſſit iu-
dicari ꝑ ꝓpriū principiū. Sic. n. certitudo habeť de ꝯcluſionibus
demonſtratiuis demõſtrabilia vniuerſalia principia. Nullus aũt
põt ſcire ſe habere ſcientiã alicuius ꝯcluſiõis ſi principiū ignoret.
principiū ãt gratie ⁊ obiectū eius ẽ ipſe deus: q̃ ꝓp ſui excellentiã
eſt nobis ignotus ſm illud Iob. xxxvj. Ecce deus magnus vincẽs
ſcientiã noſtrã. ⁊ ideo eius p̄ſentia in nobis vel abſentia ꝑ certitu
dinẽ cognoſci nõ põt. ſm illud Iob. ix. Si venerit ad me nõ vide-
bo eū: ſi aũt abierit nõ intelligã. Et ideo hõ nõ põt ꝑ certitudineꝫ
diiudicare vtꝝ ipſe habeat gratiã. ſm illud. j. ad corin. iiij. Sed ne
q; meipſuꝫ iudico. q̃ ãt iudicat me dominus ẽ. Tertio mõ cogno-
ſciť aliquid ꝯiectualiter ꝑ aliq̃ ſigna: ⁊ hoc mõ aliquis põt cogno
ſcere ſe habere gratiã. inquantū. ſ. ꝑcipit ſe delectari in deo: ⁊ ꝯtẽ-
nere res mũdanas ⁊ inq̄ʒtū hõ nõ eſt ꝯſciꝰ ſibi alicuiꝰ peccati mor
talis. Scðm quẽ modū põt intelligi q̃ habeť apoc. ij. Uincenti
dabo mãna abſcõditū. q̃ nemo nouit niſi q̃ accipit quia ſcilicet:
ille qui accipit per quandam experientiam dulcedinis nouit: quã
non experitur ille qui non accipit. Iſta tamen cognitio impꝑfecta
eſt. ¶ Unde apoſtolus dicit. j. ad corin. iiij. Nihil mihi conſcius
ſum. ſed nõ in hoc iuſtificatus ſuꝫ: qꝛ vt diciť in pſ. delicta quis ĩ
telligit ab occultis meis munda me domine.

¶ De effectu gratie. DIS. XIIII.

Circa q̄ntū principale. ſ. de effectu gratie q̄runť
duo. Primo: de iuſtificatiõe impij q̃ eſt ef-
fectus gr̃e opãtis. Scðo: de merito q̃ ẽ effectꝰ gr̃e co-
opãtis. Circa primū: q̄runť quinq;. Primo: quid ſit
iuſtificatio. Scðo: vtꝝ ad eã requirať infuſio gratie. Tertio: vtruꝫ
req̄rať motus liberi arbitrij. Quarto: vtꝝ iuſtificatio impij ſit ma-
ximū opus dei. Quinto: vtrū ſit opus miraculoſū. ¶ Ad primū. ſ.
quid ſit iuſtificatio impij. dicẽdū ꝙ iuſtificatio paſſiue accepta i-
portat motū ad iuſticiã: ſicut ⁊ calefactio motū ad calorẽ. Cū aũt
iuſticia de ſui ratiõe importat rectitudinẽ quãdã ordinis: duplici
ter accipi põt. Uno mõ ſm ꝙ importat rectū ordinẽ in ipſo actu
hoĩs ⁊ ſm hoc iuſticia poniť virtus q̄dã. Siue ſit ꝑticularis iuſti
cia q̃ ordinat actū hoĩs ſm rectitudinẽ in cõpatiõe ad aliū ſingula
rem hominẽ. Siue ſit iuſticia legalis q̃ ordinat ſꝫ rectitudinẽ actū
hoĩs in compatiõe ad bonū cõe multitudinis: vt pꝫ in. v. ethi. Alio
mõ diciť iuſticia put importat rectitudinẽ quandã ordinis in ipa
interiori diſpoſitiõe hoĩs. put. ſ. ſupremuꝫ hoĩs ſubdiť deo. ⁊ infe
rioris aĩe vires ſubdunť ſupremo. ſ. rationi. ⁊ hãc etiã diſpoſitio-
neꝫ vocat phs. v. ethi. iuſticiã metaphorice dictã. Hec igiť iuſticia
in hoĩe põt fieri dupliciter. Uno quidẽ mõ ꝑ moduꝫ ſimplicis ge-
nerationis que eſt ex priuatione ad formam: ⁊ hoc modo iuſtifica
tio poſſet competere etiaꝫ ei qui nõ eſſet in peccato dum huiuſmo
di iuſticiã a deo acciperet. ſicut adam diciť accepiſſe originalẽ iuſti
ciã. Alio mõ põt fieri huiuſmodi iuſticia in hoĩe. ſꝫ rõem motꝰ q̃
eſt de cõtrario in cõtrariū. ⁊ ſcðm hoc iuſtificatio importat tranſ-
mutationẽ quandã de ſtatu iniuſticie ad ſtatū iuſticie predicte. Et
hoc mõ loq̄mur hic de iuſtificatione impij. ſcðm illud apoſtoli ad
Ro. iiij. ei qui nõ opatur. credenti aũt in eū qui iuſtificat ipiū ⁊c. ⁊
motꝰ magis denominať a termino ad quẽ q̄ʒ a termĩo a quo. Iõ
hmõi trãſmutatio qua aliq̃s trãſmutať a ſtatu iniuſticie. ꝑ remiſ-
ſionẽ peccati ſortiť nomẽ a termĩo ad quẽ. ⁊ vocať iuſtificatio im
pij. ¶ Ad ſcðm. ſ. vtꝝ req̄rať infuſio gratie: dicẽdū ꝙ hõ peccãdo
deū offẽdit. offenſa aũt nõ remittiť alicui niſi ꝑ hoc ꝙ aĩus offenſi
pacať oſtendẽti. ⁊ iõ ſcðm hꝰ peccatū diciť nobis remitti q̃ deus
nobis pacať. q̃ quidẽ pax nõ cõſiſtit in dilectiõe q̃ deꝰ nos diligit.
Dilectio aũt dei quãtū eſt ex pᵗe actꝰ diuini ẽ eterna ⁊ ĩmutabilis:
ſed q̄ʒtū ad effectū quẽ nobis ĩprimit q̄nq; interrũpiť. put. ſ. ab ip
ſo q̄nq; deficimꝰ ⁊ q̄nq; iterū recupamus. Effectꝰ aũt diuine dile
ctionis in nobis q̃ ꝑ peccatū tolliť: ẽ gratia q̃ hõ fit dignꝰ vita eter
na. a qua peccatū mortale excludit. ⁊ iõ nõ poſſet ĩtelligere miſſio
culpe niſi adeſſet ĩfuſio gratie. ¶ Ad tertiū. ſ. vtrū requirať motus
liberi arbitrij. dicendū ꝙ iuſtificatio impij fit a deo mouẽte hoĩeꝫ
ad iuſticiã. Ipſe eñi eſt q̃ iuſtificat impiū. vt diciť Ro. iiij. Deꝰ aũt
mouet oĩa ſm motū vniuſcuiuſq;. ſicut in nãlibꝰ videmꝰ. ꝙ aliter
moueť ab ipſo grauia. ⁊ aliť leuia ꝓpter diuerſaꝫ nãm vtriuſq;.
Uñ ⁊ hoĩem ad iuſticiã mouet ſm ꝯditionẽ nature hũane. hõ aũt
ſm ꝓpriã nãm hꝫ ꝙ ſit liberi arbitrij. ⁊ iõ in eo qui hꝫ vſum liberi
arbitrij nõ fit motio a deo ad iuſticiã abſq; motu liberi arbitrij: ſꝫ
ita infundit donū gratie iuſtificãtis. ꝙ etiã ſimul cū hoc mouet li-
berū arbitriū ad donū gratie acceptãdū: in his qui ſũt huiꝰ motio
nis capaces. Pueri autem nõ ſunt capaces motus liberi arbitrij. ⁊
ideo moueť a deo ad iuſticiã ꝑ ſolã informationẽ aĩe ipſoꝝ non
aũt hoc fit ſine ſacramẽto: qꝛ ſicˉ peccatū originale a quo iuſtifican
tur nõ ꝓpria volũtate ad eos ꝑuenit: ſed ꝑ carnis originẽ. ita etiã ꝑ
ſpũalẽ regenerationẽ a chriſto in eos gr̃a deriuať. ⁊ eadeꝫ rõ ẽ de
furioſis ⁊ amẽtibꝰ qui nunq̄ʒ vſuꝫ liberi arbitrij habuerũt. Sed ſi
quis aliq̄n habuerit vſuꝫ liberi arbitrij. ⁊ poſtmodū eo careat. vel
ꝑ ĩfirmitatẽ vel ꝑ ſomnū nõ ꝯſequiť grãꝫ iuſtificãtẽ ꝑ baptiſmuꝫ
exteriꝰ adhibitū. aut ꝑ aliq̃ aliud ſacramẽtū. niſi priꝰ habuerit ſa
cramẽtū in ꝓpoſito. q̃ ſine vſu liberi arbitrij nõ ꝯtingit. Et hꝰ mõ
ille de quo loquiť Aug. in. iiij. ꝯfeſſio. recreatꝰ fuit. ⁊ qꝛ priꝰ ⁊ po-
ſtea baptiſmū acceptauit. ſicut aũt in motu locali corpꝰ mobile re-
ſpectū hꝫ ad duos termĩos. ſ. ad terminū a quo recedit. ⁊ ad termi
nū ad quẽ accedit. ſic oportet ꝙ mẽs hoĩs dū iuſtificať ꝑ modū li
beri arbitrij recedat a pctõ. ⁊ accedat ad iuſticiã. Receſſus aũt ⁊ ac
ceſſus ĩ motu liberi arbitrij. accipiť ſꝫ deteſtationẽ ⁊ deſideriū. dicˉ
eñi Aug. ſup Iob. exponẽs illð. Mercẽnariꝰ aũt fugit. Affectiões
nr̃e motꝰ aĩaꝝ ſunt leticia aĩ ꝓgreſſio. triſticia aũt aĩ fuga ẽ. ꝓgre-
deris aĩo cū appetis. fugis aĩo cū metuis. oꝫ igiť ꝙ in iuſtificatiõe
ĩpij ſit motꝰ liberi arbitrij duplex. vnꝰ quo ꝑ deſideriū tẽdat in dei
iuſticiã. ⁊ aliꝰ quo deteſteť pctm̃. Req̄riť aũt motꝰ fidei: qꝛ motꝰ
liberi arbitrij req̄riť ad iuſtificationẽ ĩpij. ſcðꝫ ꝙ mẽs hoĩs moueť
a deo. deꝰ aũt mouet aĩaꝫ hoĩs ꝯuertẽdo eã ad ſeipſuꝫ. vt diciť in.
pſ. ſm aliã lr̃aꝫ. deꝰ tu cõuertens viuificabis nos. ⁊ ideo ad iuſtifi
cationẽ ĩpij req̄riť motꝰ mẽtis quo cõuertiť in deū. Prima aũt cõ
uerſio in deū fit ꝑ fidẽ. ſcðꝫ illð ad heb. xj. Accedẽtẽ ad deū oꝫ cre
dere qꝛ ẽ. ⁊ iõ motꝰ fidei req̄riť ad iuſtificationẽ ĩpij. Iõ dicˉ apl̃s
Ro. v. Iuſtificati igiť ex fide pacẽ habeamꝰ ad deū. Bñ aũt ꝯcur
rũt alia. ſ. charitas. ſcðm illð Luce. vij. Remittunť ei pc̃ta mlta q̄m
dilexit mltū. Itẽ Eccl̃i. j. Timor dñi expellit pctm̃. nã q̃ ſine timore
ẽ nõ poterit iuſtificari. ⁊ iteꝝ hũilitas Iac. iiij. Deꝰ ſupbis reſiſtit.
hũilibꝰ ãt dat grãꝫ. ⁊ iteꝝ miaꝫ. Prouer. xv. ꝑ miaꝫ ⁊ fidẽ purganť
pctã: qꝛ tñ pͥma ꝯuerſio hoĩs ad deū fit ꝑ motū fidei. vt dictū ẽ. iõ
magꝭ attribuiť fidei. Motꝰ tñ fidei nõ ẽ ꝑfectꝰ niſi ſit charitate in
formatꝰ. vñ ſimul ĩ iuſtificatiõe ĩpij cū motu fidei ẽ etiã motꝰ cha
ritatis. Moueť aũt liberꝫ arbitriū in deū ad hoc ꝙ ei ſe ſubiiciat.
vñ etiã cõcurrit actꝰ timoris filialis ⁊ actꝰ hũilitatis. Cõtingit eñi
vnũ ⁊ eũdẽ actū liberi arbitrij diuerſaꝝ v̓tutū eſſe ſcðm ꝙ vna im
ꝑat. ⁊ alia impať. put. ſ. actꝰ eſt ordinabiľ ad diuerſos fines. Actꝰ
aũt mĩe opatur ꝯtra peccatū ꝑ modū ſatiſfactõis. ⁊ ſic ſeq̄tur iuſti
ficationẽ. Uel ꝑ modū ꝑparatiõis. inquantuꝫ miſericordes miam
cõſequũtur. ⁊ ſic etiã põt ꝓcedere iuſtificationẽ. vel etiã ad iuſtifi-
cationẽ ꝯcurrere ſimul cū ꝑdictis v̓tutibꝰ. ſcðm ꝙ miſericordia in
cluditur in dilectiõe ꝓximi. Patet igitur ex ꝑdictis ꝙ ad iuſtifica
tionẽ impij quattuor requirunť. ſ. gratie infuſio. motꝰ liberi arbi-
trij in deū ꝑ fidẽ. ⁊ motꝰ liberi arbitrij in peccatū ⁊ remiſſio culpe.
Cuiꝰ rõ ẽ. qꝛ ſicut dictū ẽ iuſtificatio ẽ q̄dã motꝰ quo aĩa moueť
a deo a ſtatu culpe in ſtatu iuſticie. In quolibet autem motu quo

aliquid ab aliquo mouet̃ tria req̃runt̃. ¶ Primo quidẽ motio ipſiꝰ mouẽtis. ſecũdo motꝰ mobil̃. ⁊ tertio cõſumatio motꝰ ſiue ꝑuẽtio ad finẽ. Ex parte igit̃ motionis diuine accipit̃ gr̃e infuſio. ex parte vo liberi arbitrij moti: accipiunt̃ duo motꝰ ipſiꝰ ſm receſſum a termino a quo: ⁊ acceſſum ad terminũ ad quẽ. ꝯſumatio vo ſiue ꝑuẽtio ad terminũ huiꝰ motꝰ: importat̃ ꝑ remiſſionẽ culpe. in h̃ enĩ iuſtificatio ꝯſumat̃. ¶ Ad q̃rtũ. ſ. vtrũ iuſtificatio impij ſit maximũ opus dei: dicẽdũ: ꝙ opus aliqđ poteſt dici magnũ dupliciť. Uno mõ ex ꝑte modi agẽdi. ⁊ ſic maximũ eſt opus creatiõis: in quo ex nihilo fit aliqđ. Alio mõ põt dici opus magnũ ꝓpter magnitudinẽ eiꝰ qđ fit. ⁊ ſm h̃ maius opus eſt iuſtificatio impij: q̃ terminat̃ ad bonũ eternũ diuine participationis: q̃ȝ creatio celi ⁊ terre: q̃ terminat̃ ad bonũ nature mutabil̃. Et ideo Aug. exponẽs illud Joh. xiiij. Maiora horũ faciet. cũ dixiſſet ꝙ maiꝰ eſt vt ex impio fiat iuſtus q̃ȝ creare celũ ⁊ terrã. ſubiũgit Celũ enĩ ⁊ terra trãſibũt: ꝑdeſtinatoꝝ aũt ſalus ⁊ iuſtificatio ꝑmanebit. Sed ſciẽdũ eſt ꝙ aliquid magnũ dicit̃ dupliciť. Uno mõ ſm q̃ntitatẽ abſolutã. ⁊ h̃ mõ donũ gl̃ie eſt maius q̃ȝ donũ gr̃e iuſtificãtis impiũ. ⁊ ſm h̃ gl̃ificatio iuſtoꝝ ẽ maiꝰ opus q̃ȝ iuſtificatio impij. Alio mõ dr̃ aliqđ magnũ quãtitate ꝓportiõis. ſic dicit̃ mons paruꝰ: ⁊ granũ milij magnũ. ⁊ h̃ mõ donũ gr̃e iuſtificãtis impiũ eſt maiꝰ h̃ q̃ȝ donũ gl̃ie btificãtꝭ iuſtũ: q2 plus excedit donũ gr̃e dignitatẽ impij: q̃ erat dignꝰ pena: q̃ȝ donũ gl̃ie dignitatẽ iuſti: q̃ ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificatꝰ ẽ dignꝰ gl̃ia. Et ideo Aug. ibidẽ dicit Judicet q̃ põt vtrũ ſit maiꝰ iuſtos angelos creare q̃ȝ impios iuſtificare. certe ſi eq̃lis eſt vtriuſq; potẽtie: h̃ maioris eſt mĩe. ¶ Ad q̃ntũ. ſ. vtrũ iuſtificatio impij ſit opus miraculoſũ. Dicẽdũ: ꝙ in opibꝰ miraculoſis tria ꝯſueuerũt inueniri. Quoꝝ vnũ ẽ ex ꝑte potẽtie agẽtis: q2 ſola diuina virtute fieri pñt. ⁊ ideo ſunt ſimpliciť mira q̃ſi habẽtia cãm occultã. ⁊ ſm h̃ tã iuſtificatio impij q̃ȝ creatio mũdi: ⁊ vniuerſaliť oẽ q̃s qđ a ſolo deo fieri põt: miraculoſũ dici põt. Secũdo ĩ quibuſdã miraculoſis opibꝰ ĩuenit̃: ꝙ forma inducta eſt ſup nãlẽ potẽtiã tal̃ materie. ſic ĩ ſuſcitatiõe mortui vita eſt ſupra naturalẽ potẽtiã tal̃ corpis. ⁊ q̃ntũ ad h̃ iuſtificatio impij nõ eſt miraculoſa: q2 nãliť aĩa eſt gr̃e capax. eo enĩ ipſo ꝙ facta eſt ad imaginẽ dei: capax dei eſt ꝑ gratiã: vt Aug. dicit. Tertio mõ in opibꝰ miraculoſis ĩuenit̃ aliqđ ꝑter ſolitũ ⁊ cõſuetũ ordinẽ cauſandi effectũ. Sic cũ aliq̃s infirmꝰ ſanitatẽ ꝑfectã aſſequit̃ ſubito ꝑter ſolitũ curſum ſanatiõis: q̃ fit a nã vel arte. Et q̃ntũ ad h̃ iuſtificatio impij q̃nq; ẽ miraculoſa: ⁊ q̃nq; nõ eſt. Eſt enĩ iſte ꝯſuetꝰ ⁊ cõis curſus iuſtificatiõis: vt deo mouẽte interius aĩaȝ hõ ꝯuertat̃ ad deũ. Primo q̃dẽ ꝯuerſiõe imꝑfecta: vt poſtmodũ ad ꝑfectũ deueniat: q2 charitas ĩchoata meret̃ augeri vt aucta mereat̃ ꝑfici. ſic Aug. dicit. Q̃nq; vo tã vehemẽter deꝰ aĩaȝ mouet vt ſtatim q̃ndã ꝑfectionẽ iuſticie aſſequat̃. ſic fuit in ꝯuerſiõe pauli: adhibita etiã exteriꝰ miraculoſe ꝓſtratiõe. ⁊ ideo cõuerſio pauli tanq̃ȝ miraculoſa in eccleſia cõmemorat̃ celebriter.

## ¶ De merito effectu gratie. DIS. .XV.

Circa ſextũ principale quãtũ ad effectũ gr̃e. ſ. de merito q̃runt̃ nouẽ. Primo vtrũ hõ poſſit mereri aliqđ apud deũ. Secũdo vtrũ poſſit mereri vitã eternã ex cõdigno. ¶ Tertio vtrũ gr̃a ſit ꝑncipiũ merẽdi mediante charitate ꝑncipaliť. Quarto vtrũ hõ poſſit ſibi mereri primã gratiã. Quinto vtrũ poſſit alij mereri primã gratiã. Sexto vtrũ poſſit ſibiipſi mereri reꝑationẽ poſt lapſum. Septimo vtrum poſſit mereri augmentũ gr̃e. Octauo vtrũ poſſit mereri ꝑſeuerãtiã finalem in bono. Nono vtrũ tꝑalia bona cadãt ſub merito. ¶ Ad ꝑmũ. ſ. vtrũ hõ poſſit aliqđ mereri a deo. Dicẽdũ: ꝙ meritũ ⁊ merces ad idẽ referunt̃. Jd enĩ merces dicit̃ qđ alicui recõpẽſat̃ ꝓ retributiõe opis vel laboris q̃ſi quoddã preciũ ipſius. vñ ſic reddere iuſtũ preciũ pro re accepta ab aliquo eſt actus iuſticie. ita etiã recõpẽſare mercedẽ opis vel laboris eſt iuſticie actꝰ. Juſticia aũt eq̃litas q̃dã ẽ: vt pȝ ꝑ ph̃m in. v. ethi. ⁊ ideo ſimpliciť ẽ iuſticia int̃ eos quoꝝ ẽ ſimpliciť eq̃litas. eoꝝ vo eſt ſimpliciť iuſticia: ſed q̃dã iuſticie modꝰ põt eẽ. ſic dr̃ quoddã ius patriũ vel dñatiũ: vt in codẽ libro ph̃s dicit. Et ideo in his in quibꝰ ẽ ſimpliciť iuſtũ: ẽ ⁊ ſimpliciť rõ mercedis ⁊ meriti. Ju quibꝰ aũt ẽ ſm q̃d iuſtũ ⁊ nõ ſimpliciť: in his etiã nõ ſimpliciť ẽ rõ meriti. ſed ſm q̃d inq̃ntũ ſaluat̃ ibi iuſticie rõ. ſic enĩ ⁊ filiꝰ meret̃ aliq̃d a p̃re: ⁊ ſeruꝰ a dñõ. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ int̃ deũ ⁊ hoĩeȝ ẽ maxima ineq̃litas. in infinitũ enĩ diſtant. ⁊ totũ qđ ẽ hoĩs bonũ: ẽ a deo. vñ nõ põt hoĩs ad deũ eẽ iuſticia ſȝ abſolutã eq̃litatẽ: ſed ſm ꝓportionẽ quãdã: inq̃ntũ. ſ. vterq; opat̃ ſm modũ ſuũ. modꝰ aũt ⁊ mẽſura hũane virtutꝭ hoĩ eſt a deo. ⁊ iõ meritũ hoĩs apud illũ eſſe nõ põt niſi ſm ꝑſuppoſitionẽ diuine ordinatiõis. ita. ſ. vt id hõ cõſequat̃ a deo ꝑ ſuã opationẽ q̃ſi mercedẽ: ad qđ deꝰ ei vtutẽ operãdi deputauit. ſic etiã res nãles ꝯſequũtur ꝑ ꝓprios motꝰ ⁊ opatiões ad qđ deo ſunt ordinate. differẽter tñ: q2 creatura rõnal̃ ſeipſaȝ mouet ad agẽdũ ꝑ liberũ arbitriũ. vñ ſua actio hȝ rõnẽ meriti: qđ nõ ẽ in alijs creaturꝭ. ¶ Ad ſecũdũ. ſ. vtrũ poſſit mereri vitã eternã ex cõdigno. Dicẽdũ: ꝙ opus meritoriũ hoĩs ꝯſiderari põt dupliciť. Uno mõ ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio modo ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̃a ſpũſſancti. Si ꝯſideret̃ ſm ſubſtãtiã opis: ⁊ ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio: ſic nõ põt ibi eſſe cõdignitas ꝓpter maximã ineq̃litatẽ: ſȝ eſt ibi cõgruitas ꝓpter q̃ndã eq̃litatẽ ꝓportiõis. Uidet̃ enĩ cõgruũ vt hoĩ operãti ſm ſuam virtutẽ deꝰ recõpenſet ſm excellẽtiã ſue vtutis. Si aũt loq̃mur de ope meritorio ſm ꝙ ꝓcedit ex gr̃a ſpũſſci: ſic ẽ meritoriũ vite et̃ne ex cõdigno. ſic enĩ attẽdit̃ valor meriti ſm vtutẽ ſpũſſci mouentis nos in vitã eternã. ſm illud Joh. iiij. Fiet in eo fons aq̃ viue ſaliẽtis ĩ vitã eternã. Attẽdit̃ etiã preciũ opis ſm dignitatẽ gr̃e: ꝑ quã hõ cõſors factꝰ diuine nature adoptat̃ in filiũ dei: cui debet̃ hereditas ex ipſo iure adoptionis. ſm illud Ro. viij. Si filij dei ⁊ heredes. ¶ Ad tertiũ. ſ. vtrũ gr̃a ſit ꝑncipiũ merẽdi principaliꝰ ꝑ charitatẽ. Dicẽdũ: ꝙ ſic ex ꝑdictis accipi põt: humanꝰ actus hȝ rõnẽ merẽdi ex duobꝰ. Primo q̃dẽ ⁊ principaliť ex diuina ordinatiõe ſm ꝙ actꝰ dicit̃ eẽ meritoriꝰ illiꝰ boni ad qđ hõ diuinitꝰ ordinat̃. Secũdo vo ex ꝑte liberi arbitrij: inq̃ntũ. ſ. hõ hȝ pre ceterꝭ creaturꝭ vt ꝑ ſe agat volũtariꝰ agẽs. ⁊ q̃ntũ ad vtrũq; ꝑncipalitas meriti penes charitatẽ ꝯſiſtit. Primo q̃dẽ ꝯſiderãdũ ẽ ꝙ vita eterna in dei fruitione ꝯſiſtat. Motꝰ aũt humane mẽtis ad fruitionẽ diuini boni ẽ ꝓpriꝰ actꝰ charitatis: ꝑ quẽ oẽs actꝰ aliarũ vtutũ ordinant̃ in hũc finẽ: ſm ꝙ alie vtutes impant̃ a charitate. ⁊ ideo meritũ vite eterne ꝑmo ꝑtinet ad charitatẽ: ad alias aũt virtutes ſecũdario. Scđo ꝙ eoꝝ actꝰ a charitate impant̃. Silr etiã manifeſtũ eſt. ꝙ id qđ ex amore facimꝰ maxĩe volũtarie facimꝰ. vñ etiã ſm q̃d ad rõnẽ meriti requirit̃ ꝙ ſit voluntariũ principaliť meritũ charitati attribuit̃. ¶ Ad q̃rtũ. ſ. vtrũ hõ poſſit mereri ꝑmã gratiã ſibiipſi. Dicẽdũ: ꝙ donũ gr̃e põt ꝯſiderari dupliciť. Uno mõ ſm rõnẽ gratuiti doni. ⁊ ſic manifeſtũ eſt ꝙ oẽ meritũ repugnat gr̃e. q2 vt ad Ro. x. Apl̃s dicit: Si ex opibꝰ: iã nõ ex gr̃a. Alio mõ põt cõſiderari ſm naturã ipſiꝰ rei q̃ donat̃. ⁊ ſic etiã nõ poteſt cadere ſub merito nõ habẽtis gratiã: tũ q2 excedit ꝓportionẽ nature: tũ etiã q2 ante gratiã in ſtatu pctĩ hȝ hõ impedimentũ ꝓmerendi gratiã. ſ. ipſm pctm̃. Poſtq̃ȝ autẽ iã aliq̃s hȝ gratiã: nõ põt gr̃a iã habita ſub merito cadere q̃ſi merces: q2 merces eſt terminꝰ opis: gr̃a vo ẽ ꝑncipiũ cuiuſlibet boni opis: vt nobis indictũ ẽ. Si vo aliud donũ gratuitũ q̃s mereat̃ virtute gr̃e ꝑcedẽtꝭ: iã nõ erit ꝑma. vñ manifeſtũ ẽ ꝙ nullꝰ põt ſibi mereri ꝑmã gratiã. ¶ Ad quintũ. ſ. vtrũ poſſit mereri alteri primã gratiã. Dicẽdũ: ꝙ ſic ex dictꝭ pȝ: opus noſtrũ hȝ rõnẽ meriti ex duobus. Primo q̃dẽ ex vi motiõis diuine. ⁊ ſic meret̃ aliq̃s ex ꝯdigno. Alio mõ hȝ rõnẽ meriti ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio: inq̃ntũ voluntarie aliq̃d facimꝰ. ⁊ ex hac ꝑte ẽ meritũ ꝯgrui: q2 ꝯgruũ ẽ: vt dũ hõ bñ vtit̃ ſua virtute: deꝰ ſm ſuperexcellẽtie vtutẽ excellẽtiꝰ opet̃. Ex quo pȝ: ꝙ merito cõdigni nullꝰ põt alteri mereri ꝑmã gr̃aȝ niſi ſolꝰ xp̃s: q2 vnuſquiſq; noſtrũ mouet̃ a deo ꝑ donũ gr̃e: vt ipſe ad vitã et̃nã ꝑueniat. ⁊ iõ meritũ ꝯdigni vltra hãc motionẽ nõ ſe extẽdit. ſȝ aĩa xp̃i mota ẽ a deo ꝑ gr̃aȝ: nõ ſolũ vt ipſe ꝑueniret ad gl̃iaȝ vite et̃ne: ſȝ etiã vt alios in eã adducẽt: inq̃ntũ eſt caput eccl̃ie ⁊ auctor ſalutꝭ hũane. ſm illud Hebre. ij. Qui multos filios in gl̃iaȝ adduxerat auctor ẽ ſalutꝭ ⁊c̃. Sȝ merito cõgrui aliq̃s põt alteri mereri ꝑmã gr̃am. q2 enĩ hõ in gr̃a ꝯſtitutꝰ implet dei volũtatẽ: ꝯgruũ ẽ ſm amicicie ꝓportionẽ vt deꝰ ĩpleat hoĩs volũtatẽ in ſaluatiõe alteriꝰ: lȝ q̃nq; poſſet habẽ impedimẽtũ ex ꝑte ipſiꝰ cuiꝰ aliq̃s ſciis iuſtificationẽ deſiderat. ⁊ ĩ h̃ caſu loquit̃ auctoritas Hier. xv. Si ſteterit moyſes ⁊ ſamuel corã me: nõ ẽ aĩa mea ad pp̃lm iſtũ. ¶ Ad ſextũ. ſ. vtrũ q̃s poſſit mereri ſibi reꝑationẽ poſt lapſuȝ. Dicẽdũ: ꝙ nullꝰ poteſt ſibi mereri reꝑationẽ poſt lapſũ: neq; merito cõdigni: neq; merito ꝯgrui. Merito q̃dẽ cõgrui h̃ ſibi mereri nõ põt: q2 rõ huiꝰ meriti depẽdet ex motiõe diuine gr̃e. q̃ q̃dẽ motio interrũpit̃ ꝑ ſequens pctm̃. Tñ oĩa bñficia q̃ poſtmodũ aliq̃s a deo ꝯſequit̃ quibꝰ repat̃ nõ cadũt ſub merito tanq̃ȝ motiõe prioris gr̃e vſq; ad h̃ nõ ſe extẽdẽte. meritũ etiã cõgrui quo q̃s alteri ꝑmã gr̃aȝ meret̃ ĩpedit̃ ne ꝯſequat̃ effectũ ꝓpter ĩpedimẽtũ pctĩ ĩ eo cui q̃s meret̃. Multo igit̃ maiꝰ ĩpedit̃ tal̃ meriti efficacia ꝓpter ĩpedimẽtũ qđ ẽ ĩ eo q̃ meret̃: ⁊ in eo cui meret̃. h̃ enĩ vtrũq; in vnã ꝑſonã ꝯcurrit. ⁊ ideo nullo mõ aliq̃s põt ſibi mereri reꝑationẽ poſt lapſuȝ. ¶ Ad ſeptimũ. ſ. vtrũ poſſit mereri augmẽtũ gr̃e. Dicẽdũ: ꝙ ſic ſupra dictũ eſt. Jllud cadit ſub merito cõdigni: ad qđ motio gr̃e ſe extẽdit. Motio aũt aliciꝰ mouẽtis nõ ſolũ ſe extẽdit ad vltimũ terminũ

mot⁹: ſʒ etiā ad totū ꝓgreſſū in motu. termin⁹ aūt mot⁹ grē ē vita etna. ꝓgreſſus aūt in h̄ motu ē ſm augmētū charitatis vl̄ grē. ſm illud ꝓuer. iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplēdēs ꝓcedit ⁊ creſcit vſqʒ ad pfectū diē: q̄ ē dies glīe. Sic igit̄ augmentū grē cadit ſub merito ꝯdigni. Ad octauū. ſ. vtrū poſſit mereri finalē pſeuerātiā. Dicēdū: ꝙ cū hō nālit̄ hēat liberū arbitriū flexibile ad bonū ⁊ ad malū: dupliciter pōt aliq̄s pſeuerātiā in bono obtinē a deo. Uno q̄dē mō ꝑ h̄ ꝙ liberū arbitriū determinat̄ ad bonū ꝑ gratiā ꝯſumatā: qḋ erit in glīa. Alio mō ex pte motiōis diuine: q̄ hoīeʒ inclinat ad bonū vſqʒ ad finē. Sic aūt ex dictis pʒ: illud cadit ſub hūano merito qḋ cōparat̄ ad motū liberi arbitrij directi a deo mouēte ſic termin⁹: nō aūt illud qḋ cōparat̄ ad p̄dictū motū ſic p̄ncipiū. vn̄ pʒ ꝙ pſeuerātia glīe: q̄ eſt termin⁹ p̄dicti mot⁹: cadit ſub merito. pſeuerātia aūt vie nō cadit ſub merito: qꝛ depēdet ſolū ex motiōe diuia q̄ ē p̄ncipiū oīs meriti. ſʒ de⁹ gratis pſeuerātie bonū largit̄ cuicūqʒ illud largit̄. ¶ Ad nonū. ſ. vtrū bona tpalia cadāt ſub merito. Dicēdū ꝙ id qḋ cadit ſub merito ē p̄miū vl̄ merces qḋ hʒ rōnē alicu⁹ boni. Bonū āt hoīs ē duplex. Unū ſimplicit̄: ⁊ aliud ſm q̄d. Simplicit̄ q̄dē bonū hoīs ē vltim⁹ finis ei⁹. ſm illud Pſal. Mihi adherere deo bonū ē. ⁊ ꝑ ꝯn̄s oīa illa q̄ ordinant̄ vt inducētia ad hūc finē. ⁊ talia ſimplicit̄ cadūt ſub merito. Bonū autē ſm q̄d ⁊ nō ſimplicit̄ hoīs: eſt qḋ eſt bonū ei vt nūc: vel qḋ ei eſt ſm aliq̄d bonū. ⁊ hmōi nō cadūt ſub merito ſimplicit̄: ſʒ ſm q̄d. Scḋʒ h̄ igit̄ dicēdū eſt: ꝙ ſi tpalia bona ꝯſiderent̄ ꝓut ſunt vtilia ad opa v̄tutū: quib⁹ ꝑducimur ī vitā eternā: ſm h̄ directe ⁊ ſimplicit̄ cadūt ſub merito. ſic augmētū grē: ⁊ oīa illa quib⁹ hō adiuuat̄ ad ꝑueniēdū in btitudinē poſt p̄mā grāʒ. tantū enī dat de⁹ viris iuſtis de bonis tpalib⁹ ⁊ etiā mal̄ ꝙ eis expedit ad ꝑueniēdū ad vitā eternā. ⁊ intātū ſunt ſimplicit̄ bona hmōi tpalia. vn̄ dr̄ ī pſal. Timētes aūt dn̄m nō minuent̄ oī bono. Et alibi: Nō vidi iuſtū derelictū. Si aūt ꝯſiderent̄ hmōi tpalia bona ſm ſe: ſic nō ſunt ſimplicit̄ bona hoīs: ſʒ ſm q̄d. ⁊ ita non ſimplicit̄ cadūt ſub merito: ſʒ ſm q̄d: inq̄ntū. ſ. hoīes mouent̄ a deo ad aliq̄ tpaliter agēda: in quib⁹ ſuū ꝓpoſitū ꝯſequunt̄ deo faciēte: vt ſic vita etna ē ſimplicit̄ p̄miū opeꝝ iuſticie ꝑ relationē ad motionē diuinā: vt dictū ē. ita tpalia bona ī ſe ꝯſiderata hn̄t rōnē mercedis: vel habito reſpectu q̄ntū ad motionē diuinā: q̄ volūtates hominū mouent̄ ad hec ꝓſequēda. licʒ interdū in his non habeant homines rectam intentionē.

¶ Libri Primi Pars Tertia Incipit.

¶ De Uirtutibus. DIS. .I.

DEinde conſideradū eſt de virtutib⁹. Et circa h̄ ꝯſiderādū ē p̄mo in generali. Secūdo in ſpeciali. Circa primū cōſiderāda ſunt tredecim. Primo de virtutib⁹ quātū ad eēntiā. Secūdo de ſubiecto v̄tut̄. Tertio de diſtinctiōe v̄tutū intellectualiū. Quarto de diſtinctiōe v̄tutū moraliū ab intellectualibus. Quinto de diſtinctione virtutū moraliū ꝑ cōparationē ad paſſiōes. Sexto de diſtinctiōe v̄tutū moraliū ab inuicē. Septimo de diſtinctiōe v̄tutū cardinaliū. Octauo de v̄tutib⁹ theologicis. Nono de cā v̄tutū. Decimo de ꝓprietate v̄tutū q̄ntū ad earū mediū. Undecimo de ꝯnexione v̄tutū. Duodecimo de q̄litate v̄tutū. Tertiodecimo de duratiōe earū poſt hāc vitā. ¶ Circa p̄mū. ſ. de eſſentia v̄tutū q̄runt̄ duo. Primo vtrū virt⁹ ſit q̄litas. Secūdo de diffinitiōe ei⁹. ¶ Ad p̄mū. ſ. vtrū virt⁹ ſit habit⁹. Dicēdū: ꝙ virtus noīat quandā pfectionē potētie. Uniuſcuiuſqʒ aūt pfectio p̄cipue ꝯſiderat̄ in ordine ad ſuū finē. finis aūt potētie act⁹ eſt. vn̄ potētia dicit̄ eſſe pfecta ſm ꝙ determinat̄ ad ſuū actū. Sūt aūt q̄dā potētie q̄ ſm ſeipſas ſunt determinate ad ſuos actus: ſic potētie nāles actiue. ⁊ ideo hmōi potētie nāles ſm ſeipſas dicunt̄ v̄tutes. potētie aūt rōnales q̄ ſunt potētie ꝓprie hoīs nō ſunt determinate ad vnū: ſʒ ſe hn̄t indeterminate ad multa. determinant̄ aūt ad act⁹ ꝑ habit⁹: ⁊ ideo v̄tutes hūane habit⁹ ſunt. Itē cū duplex ſit potētia ſ. potētia ad eſſe: ⁊ potētia ad agē: pfectio vtriuſqʒ potētie virt⁹ vocat̄. Sed potētia ad eē ſe tenet ex pte materie: q̄ eſt ens in potētia. Potētia aūt ad agē ſe tenet a parte forme: q̄ ē p̄ncipiū agēdi: eo ꝙ vnūquodqʒ agit inq̄ntū ē actu. In ꝯſtitutiōe autē hoīs corp⁹ ſe hʒ ſic mā: aīa vō ſic forma. ⁊ q̄ntū q̄dē ad corp⁹ hō cōicat cū alijs aīalib⁹: ⁊ ſilr̄ q̄ntū ad vires q̄ ſunt aīe corporiqʒ cōes. ſole aūt ille vires q̄ ſunt ꝓprie aīe. ſ. rōnales: ſunt hoīs tm̄. ⁊ ideo virt⁹ hūana de q̄ loq̄mur nō pōt ptinē ad corp⁹: ſʒ ptinet tm̄ ad id qḋ ē ꝓpriū aīe. vn̄ virt⁹ humana nō importat ordinē ad eē: ſʒ mag̃ ad agē. ⁊ iō de rōne hūane virtut̄ ē ꝙ ſit opatiu⁹ habit⁹. de rōne aūt ei⁹ ē ꝙ ſit habit⁹ bon⁹: qꝛ virt⁹ cuiuſlibet rei ordinat̄ ī bonū. ꝓpt̄ qḋ dic̄ Aug. in li. de morib⁹ ecclīe. Nemo dubitauerit ꝙ virt⁹ aīaʒ facit optimā. Et phs. ij. eth. dicit: ꝙ virt⁹ ē q̄ bonū facit habētē: ⁊ opus ei⁹ bonū reddit. vn̄ pʒ ꝙ virt⁹ hūana ē habit⁹ opatiu⁹ ⁊ bon⁹. ¶ Ad ſecundū ſ. de diffinitiōe v̄tut̄. Sciēdū ꝙ hec diffinitio ſolet aſſignari: ⁊ ſententialit̄ ſumit̄ ex v̄bis Aug. ſecūdo de libe. arbi. Uirt⁹ eſt bona q̄litas mētis: q̄ recte viuit̄: q̄ nemo male vtit̄: quā deus in nobis ſine nobis opat̄. Hec aūt diffinitio pfecte cōplectit̄ totā rōnē virtutis. Perfecta enī rō vniuſcuiuſqʒ rei colligit̄ ex oīb⁹ cauſis ei⁹. Cōprehēdit āt p̄dicta diffinitio oēs cauſas v̄tut̄. cā nāqʒ formal̄ v̄tut̄ ſic ⁊ cuiuſlibet rei accipit̄ ex ei⁹ genē ⁊ differētia: cū dicit̄ q̄litas bona. Gen⁹ enī v̄tut̄ q̄litas ē: differētia aūt bonū. Ea ē tn̄ ꝯueniētior diffinitio ſi loco q̄litas poneret̄ habit⁹: q̄ eſt gen⁹ ꝓpinquū. Uirt⁹ aūt nō hʒ materiā ex q̄: ſic nec alia accidētia: ſʒ hʒ materiā circa quā: et materiā in q̄. ſ. ſubiectū. Materia aūt circa quā: eſt obiectū v̄tut̄. qḋ nō potuit ī p̄dicta diffinitiōe poni: eo ꝙ ꝑ obiectū determinat̄ virt⁹ ad ſpeciē. Hic aūt aſſignat̄ diffinitio virtut̄ in cōi. vn̄ ponit̄ ſubiectū loco cauſe mālis: cū dicit̄ ꝙ ē bona q̄litas mēt̄. finis aūt v̄tut̄ cū ſit habit⁹ opatiu⁹: eſt ipſa opatio. Sʒ notādū ꝙ habituū opatiuoꝝ aliq̄ ſunt ſꝑ ad malū: ſicuti habit⁹ vitioſi. Aliq̄ vō q̄nqʒ ad bonū: ⁊ q̄nqʒ ad malū. ſic opinio ſe hʒ ⁊ ad verū ⁊ ad falſū. Uirtus aūt ē habit⁹ ſemꝑ ſe habēs ad bonū. ⁊ ideo vt diſcernat̄ virt⁹ ab his q̄ ſe hn̄t ſemꝑ ad malū: dicit̄ q̄ recte viuit̄. Ut aūt diſcernatur ab his q̄ ſe hn̄t q̄nqʒ ad bonū q̄nqʒ ad malū: dicit̄ q̄ null⁹ male vtit̄. Cā aūt efficiēs v̄tut̄ infuſiue de q̄ diffinitio dat̄: de⁹ ē. ꝓpter qḋ dicit̄ Quā de⁹ ī nobis ſine nobis opat̄. q̄ q̄dē aūt particula ſi auferat̄: reliquū diffinitiōis erit cōe oīb⁹ v̄tutib⁹ ⁊ acquiſit̄ ⁊ infuſis. Et nota ꝙ bonū qḋ ponit̄ ī diffinitiōe v̄tut̄ nō ē bonū qḋ ꝯuertit̄ cū ente: nec ē ī plus q̄ʒ q̄litas: ſʒ ē bonū rōnis. ſm qḋ dicit Dio. iiij ca. de di. no. ꝙ bonū aīe eſt ſm rōnē eē. Hic ergo ponit̄ q̄litas pro genē. bona vō dicit̄ ad differētiā malaꝝ q̄litatū aīe. i. vitioꝝ. Dicit̄ quoqʒ bona q̄n a deo bono dat̄: ⁊ bonos facit: ⁊ ad bona ꝑducit. Mētis dicit̄ ad differētiā q̄litatū q̄ ſunt in corpe. Qua recte viuit̄ ponit̄ ad differētiā q̄litatū quib⁹ recte intelligit̄. ſic eſt ſciētia. Sʒ nota ꝙ ē q̄dā rectitudo q̄ cōſiſtit circa res exteriores q̄ in vſū hoīs veniūt: q̄ ſunt ꝓpria mā iuſticie: ſic infra patebit. Alia ē rectitudo q̄ īportat ordinē ad finē debitū: ⁊ ad legē diuinā: q̄ eſt regula volūtatis hūane. ⁊ iſta cōis ē oī v̄tuti. ⁊ de iſta dicit̄: q̄ recte viuit̄. Itē nota ꝙ v̄tute pōt aliq̄s male vti tanq̄ʒ obiecto. puta cū male ſentit de v̄tute: cū odit eā vel ſupbit de ea. nō aūt tanq̄ʒ p̄ncipio vſus: ita ſ. ꝙ mal⁹ ſit act⁹ v̄tut̄. Itē nota ꝙ virt⁹ īfuſa cauſat̄ in nobis a deo ſine nobis agētib⁹: nō tn̄ ſine nobis ꝯſentiētib⁹. ⁊ ſic ē intelligēdū qḋ dicit̄ Quā de⁹ in nobis ſine nobis opat̄. Que vō ꝑ nos agunt̄ de⁹ in nobis cauſat: nō ſine nobis agētib⁹. ipſe enī opat̄ in oī volūtate ⁊ nā. Dicit̄ aūt virt⁹ ſm ethymologiā q̄ſi vis intus. ⁊ hec vis cōſiſtit in aggreſſiōe arduoꝝ: in tolerātia aduerſoꝝ: ⁊ in abſtinētia placitoꝝ. Itē dicit̄ virtus q̄ſi viroꝛ nitens. vel dicit̄ virtus q̄ſi virū tuens. vel virtus quaſi viri ſtatus.

¶ De ſubiecto virtutis. DIS. .II.

CIrca ſecūdū p̄ncipale. ſ. de ſubiecto virtut̄ q̄runtur ſex. Primo vtrū virt⁹ ſit in potētia aīe ſic in ſubiecto. Secūdo vtrū vna virt⁹ poſſit eē in pluribus potētijs. Tertio vtrū intellectus poſſit eē ſubiectū virtutis. Quarto vtrū iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibil̄. Quinto vtrū vires apprehēſiue ſenſitiue. Sexto vtrū volūtas. Ad p̄mū. ſ. vtrū virt⁹ ſit in potētia aīe ſic in ſubiecto. Dicēdū ꝙ virtutē ptinē ad potētiā aīe trib⁹ pōt eē manifeſtū. Primo q̄dē ex ipſa rōne v̄tut̄ q̄ īportat pfectionē potētie. pfectio aūt eſt in eo cui⁹ ē pfectio. Secūdo ex h̄ ꝙ ē habit⁹ opatiu⁹: vt ſupra oſtēſuʒ ē. oīs aūt opatio ē ab aīa ꝑ aliquā potentiā. Tertio ex h̄ ꝙ diſponit ad optimū. optimū aūt eſt finis: q̄ vel ē opatio rei: vel aliq̄d cōſecutū ꝑ opationē a potētia egredientē. vn̄ virt⁹ hūana ē in potētia aīe ſic in ſubiecto. ¶ Ad ſecūdū ſ. vtrū vna virt⁹ poſſit eē in plurib⁹ potētijs. Dicēdū: ꝙ aliq̄d eē in duobus ꝯtingit duplicit̄. Uno mō ſic ꝙ ex equo ſit in vtroqʒ. ⁊ ſic impoſſibile ē vnā v̄tutē eē in duab⁹ potētijs: qꝛ diuerſitas potētiarū attēdit̄ ſm generales ꝯditiōes obiectoꝝ: diuerſitas āt habituū ſm ſpāles. vn̄ vbicūqʒ eſt diuerſitas potētiarū: ibi ē diuerſitas habituū: ſʒ nō ꝯuertit̄. Alio mō pōt aliq̄d eſſe in duob⁹ vel in plurib⁹ nō ex equo: ſʒ ordine quodā. ⁊ ſic vna virt⁹ pōt ptinē ad plures potētias: ita ꝙ in vna ſit principaliter: ⁊ ſe extendat ad alias ꝑ modū